

super illa, neque aderat, neque timeri poterat Lis, & controversia ulla, & tamen, ut transactio nocere possit vocatis Jure proprio, opus est, quod utilis sit Primogenitura, & ipsi vocatis, non autem so-
lis Transigentibus, Urcol. de transact. quæst. 50. nu.
83. & seq. Rot. in recent. decis. 245. num. 1. & de-
cis. 277. n. 3. part. 18. & in Pisauen. fideic. 25. Junii
1708. §. Secus est cor. Reverendiss. D. Meo Al-
drovando.

Nec est cur objiciatur, quod Hieronymus sit hæ-
res Patris transigentis; Unde inferebatur, quod illius

factum impugnare non possit ad Text. in leg. cum à Matre Cod. de rei vindic. Etenim qualitas hæc hæ-
reditaria semper probanda, respectu filii, qui propter

Beneficium abstinendi, præsumi nequit in sui
præjudicium Patris hæres, Cyriac. contr. 244. nu.
24. Rot. Lucana apud Palm. dec. 70. nu. 43. mini-
mè probata remanet, ex geminis enunciatis. Nam si spectetur illa facta anno 1706. in quadam quie-
tanta ab Anna Maria Matre, & Federico Fratre in

absentia Hieronymi, cùm nunquam ab eo fuerit ratifi-
cata, nullius momenti prorsus est ad inducen-
dam in eodem dictam qualitatem hereditariam,

22 Mantic. de conject. lib. 12. tit. 11. in fin. Rot. cor.
Buratt. decis. 277. nu. 12. cor. Priol. decis. 158. n.
11.: Idem dicendum est de consimili expre-
sione emissa in concordia inita à dicta Anna Maria,
cum Joanne Jacobo, & aliis de Josuans, à quibus

pariter Hieronymus sine ullo fundamento enuncia-
tus fuit hæres Patris, quando in alio contempora-
neo Instrumento eadem die, & coram iisdem Testi-
bus celebrato, & inter easdem Personas, Hierony-
mus professus fuit dictam transactionem facere in

qualità di Erede fideicommissario di tutti li Beni del fu
Nobile Girolamo de Sanazari di Ripa suo gran Zio,
e non procedendo, che in questa sola qualità, per quam

sanè protestationem exclusa penitus fuit hæreditaria
qualitas in contemporaneo Instrumento ejusdem

concordie ab aliis minus recte asserta, Alciat. cons.
344. nu. 1., Ruin. cons. 157. nu. 2. & seq. lib. 3.

Bardellon. cons. 1. nu. 30. in fin. vers. quia repondeatur,
Cyriac. contr. 244. nu. 40. Rot. cor. Card. Cerro
dec. 86. nu. 47. & dec. 286. in fin. : At quod objec-
tam qualitatem hæreditariam, omnino excludit,

illud est, quod Hieronymus etiam volens, non po-
terat esse hæres Tranquilli Patris, tanquam ab eo
exclusus in ejus Testamento, in quo privavit suis

bonis, & hæreditate filium nominatum ad Primogeni-
tutur Hieronymi senioris, proindeque tametsi

dictæ enunciatiæ præ se ferre possent in Hierony-
mo additionem hæreditatis Paternæ; Adhuc con-

temnendæ forent, tamquam erroneæ, & factæ
24 ex falsa causa Duran. de arte testandi caut. 5. num.
14. Masicard. de probat. conclus. 45. sub numer. 46.

Alders. de hæred. action. par. 1. cap. 11. num. 57.
Rub. de confus. Jur. cap. 18. §. 7. numer. 216. Rot.
in Ravennaten. fideic. 18. Febr. 1701. §. Sed respon-
sio cor. cl. me. Card. Priolo, & novissimè in Fir-
mania Benefici 6. Maii proximi præteriti §. Finali
cor. Me.

Præterea dicta qualitas hæreditaria Patris, licet
probata, Hieronymo non officeret, ad effectum,
de quo agitur, ut clarum reddebat ex dupli-
catione, quarum altera est, quod transactio non
comprehendit Jura filiorum, utpotè in ea non do-
cta, Faber in Cod. lib. 6. tit. 22. definit. 40. Va-

leron. de transact. tit. 4. quæst. 2. numer. 61.
Palm. Nep. alleg. 178. num. 14.; Et obligatio hæ-
redum, & successorum, de quibus mentio habita-
fuit in §. 4. ejusdem transactionis, non sufficit,

ut Juri quoque filiorum, etiæ hæredum, in ea dic-
tur renunciatum, Mandel. Alb. consil. 74. numer.

3. & seqq. Faber in Cod. lib. 2. titul. 3. definit.
14. Thesaur. quæst. foren. 90. numer. 11. lib. 2. Andreol. contr. 212. num. 12. Rot. coram Peutinger. de-
cis. 215. numer. 4. & apud Torr. de past. futur.
succes. decis. 4. n. 31. & seqq.; Dum enim nec
filii, nec eorum Jura nominata fuerunt, dicta ob-
ligatio restrainingitur ad id tantum, ad quod Contra-
hens obligatus est, ut nempè ejus hæres, sive filius
sit, sive extraneus, servet illud præcisè, quod
ipse promisit, non autem, quod obligetur ex Jure,
& persona propria, Robles. de repræsent. lib. 2. cap. 27
16. numer. 97. Tor. de past. futur. succes. lib. 2.
cap. 24. numer. 58. Vivius. decis. 211. numer. 4.
& 5.

Altera verò ratio est, quod dicta Transactio ipso
Jure nulla, & irrita prorsus est, & per consequens
impugnari dubio procul potest ab hæredibus ipsorum
Transigentium; Illa enim celebrata fuit non
solum minimè cognitis, & visis à Tranquillo Testa-
mentariis Tabulis Hieronymi Patrui, prout requirit
Textus in leg. de his 6. ff. de transact. & mon-
tient Altograd. consil. 66. num. 31. lib. primo, Capyc.
Latr. decis. 2. numer. 4. Rot. coram Bich. decis. 6.
numer. 18. in recent. decis. 140. num. 8. & seq. Part.
6. decis. 735. numer. 19. part. 18.: Verum quod
magis urget, videtur dolosè extorta à Tranquillo
non habente notitiam dictæ dispositionis Testa-
mentariorum Hieronymi, bene tamen notæ alii fra-
tribus Transigentibus, ut resultat ex depositione
testium, quām Nuncii, qui detulit Epistolas
significantes obitum, & Testamentum Hieronymi,
illasque in absentia Tranquilli consignavit fratribus,
& Matri. Et confirmatur ex contextu ipsius trans-
actionis, ex ea quippe in cap. 3. in quo sermo
habetur de usufructu per Hieronymum legato Annæ
Uxori, & in cap. 4. figuratur casus fideicom-
missi à dicto Testatore ordinati cum prohibitione
alienationis; Unde arguere fas est, quod habue-
rint reverè scientiam dicti Testamenti, alias vati-
cinari non possebant, quid in dicto Testamento
foret ordinatum, in quibus profectò circumstan-
tiis dictæ transactio dicitur ipso Jure nulla, & ha-
beri debet ac si facta nunquam fuisse, ut disponit
Text. in l. sub prætextu 19. ibique Ug. Donell. num.
5. Cod. de transact. Castill. contr. Jur. lib. 8. cap. 36.
§. 2. num. 27. Urceol. de transact. quæst. 51. num. 25.
& quæst. 93. n. 16. Card. de Luc. de feud. disc. 10.
sub n. 13. Rot. in Avenion. Concurſus, super reservati-
onis 12. Junii 1713. §. Quid plus, cor. Ansaldo.

Ad hanc demum accedit, quod Tranquillus vi-
gore dictæ Transactionis, accepit tertiam dumtaxat
partem ex Primogenitura ejus favore purificata, &
in qua certò erat successurus in totum; Frates
vero, quibus nihil relictum fuerat, consecuti sue-
runt reliquias duas partes contrà Votum Hieronymi
Disponentis; Ejusmodi enim enorimissima læsio
æquè operatur, ut dicta transactio non subsistat,
nullovè pacto sit observanda neque ab hærede Tran-
quilli transigentis, cùm ex illa in eo supponatur
error, quēcumque consensum adimens L. ex fallo 30
42. C. de transact. L. cum putarem 36. ff. famili. Er-
cisc. Urceol. de transact. qu. 89. per tot. Rot. in rec.
dec. 63. n. 14. par. 12. in Januen. Transactionis 15.
Decembri 1704. §. Confito, cor. Omaña, & in Ver-
cellen. reintegrationis 2. Junii 1712. §. Ex quibus, cor.
Rno D. meo Lancetta Decano.

Et ita utraque &c.
D E C I .

REVERENDIS. P. D. CORIO
AUXIMANA BONORUM SUPER PRIMOGENITURA
LUDOVICÆ GUZZOLINÆ.

Lunæ 23. Aprilis 1725.

ARGUMENTUM IDEM.
SUMMARIUM.

1. Restitutio in integrum non conceditur sine læsione.
2. Bona fideicommissaria non sunt obnoxia creditoribus
gravatorum.
3. Filiorum appellatione ex mente Testatoris veniunt
neppotes.
4. Maxime in donatione facta ab ascendeante intuitu
certi matrimonii.
5. Amplia si vocati sint filii nascituri.
6. Designatio certi matrimonii indicat originem, non
verò coarctat vocationem ad filios.
7. Precepit assumendi cognomen & Arma est onerosum.
8. Testator quos non honorat gravare non presumitur.
9. Onus assumendi cognomen & arma inducit vocatione-
nem eorum quibus injungitur.
10. Contrarium tenet Molina de primogenit.
11. Explicatur Molina.
12. Relatio facit omnia inesse referenti, quæ sunt in
relato.
13. Solemnitates non requiruntur in donatione facta à
muliere contemplatione certi matrimonii.
14. Bona fideicommissaria tenentur in subsidium pro
debito fideicommissit.
15. Creditores non possunt petere legitimam à debitore
renunciatam.
16. Acceptans donationem continentem fideicommissum
cum onere imputandi in legitimam, dicitur hanc
voluisse cum fructibus compensare.
17. Donatio reciproca mutuo partiū recessu dissolvitur.
18. Legitima deferenda potest renunciari in præjudi-
cium Creditorum.
19. Res inter alios acta non nocet.

DECISIO XXII.

C autelam Angeli per Silvestrum Pranzonum
allegatam, adversus Creditores Domus Pranzoniæ
servandam esse super bonis subpositis Primo-
genitutur ordinata à Ludovica Guzzolina, definitum
fuit per geminas conformes Sententias extra
Rotam, ad quam subinde devoluta appellatione,
ob transitum interim earumdem Sententiarum in
auctoritatem rei judicatae, concordatum fuit Du-
biu, An quod Cautelam Angeli constet de re judi-
cata, seu potius de Causis restitutio in integrum,
vel respectivè, An, & pro qua summa, & super quibus
bonis sint relaxanda, vel exequenda mandata, quod
dicitur semel, atque iterum sub diebus 26. Junii 1715.
coram Eminentissimo Scotto, & 4. Decembri 1724.
coram Me, ob suffragiorum scissuram manerit irre-
solutum, hodiè tandem ad suffragandum adscitis
quintò, & sextò ex Dominis, post consuetum Tur-
num Sedentibus, absolvit meruit, mediante res-
ponso, Confiteare de re judicata quo ad Cautelam
Angeli, & in reliquis negative.

Validitas enim, & Justitia Sententiarum, cano-
nizantium favore. Silvestri Cautelam Angeli, ad-
versus Creditores illorum de Pranzonis, vigore
Donationis per Ludovicam exaratae, necessariò su-
debant rem judicatae, in cuius auctoritatem, ob la-
plum fatalium, incontrovertibiliter prolapsè fue-
rant, firmiter fore mansuram, nec adversus eam in-
Decisiones noviss. ad Castillum de Alimentis.

dulgeri posse restitutionem in integrum, fine læsio-
ne non concedendam, ut sèpè firmatum fuit, & si-
gnauerit in Romana Hæreditatis 16. Martii 1722. §.
Primo, coram Me. Et quidem validitate non con-
troverfa, Justitia patentissimè emergere vila est ex
realitate, & subsistentia tituli, cuius vigore Cantela
Angeli fuit allegata, nempe Primogenitura à præ-
fata Ludovicæ ordinata de anno 1649. occasione
Matrimonii per Josephum filium cum certa persona
contrahendi, cuius vigore, cum bona valoris scut.
1000. per Silvestrum possideantur, super istis nullum
Jus quæri valuit Creditori Josephi, alicorūque
gravatorum, atque ideo ab illorum intentata execu-
tione præservari debet, ex firmatis per Rot. in 2

Romana Censu 19. Aprilis 1720. §. Decernit, coram
bon. mem. Foscaro, & in Romana Cautela Angeli 26.
Junii ejusdem anni §. Cum enim, coram Reveren-
dissimo Domino Meo Ravennaten.
Minimè faciente, quod cum ad præfatam Pri-
mogenituram invitati tantummodo noscantur filii
nascituri ex Matrimonio Josephi, quorum favore
Ludovica Donationem exaraverat, exinde prædi-
cium ullum desumere nequeat Silvester ejusdem Jo-
sephi Nepos, de cuius vocatione non constat. Licet
enim de stricto Juris rigore, appellatione filiorum
regulariter comprehendì minimè valeant Nepotes;
nihilominus exploratum quoque est, quod ubi de
mente Disponentis, quæ totum in hisce conjecturalibus
materiis operatur, constat, filiorum nuncupationem,
non fuisse apprehensam in suo rigoroso sensu, tunc
eam rite se pretendere, nedum ad Nepotes, sed ulteriores quoque Descendentes, Bar-
tol. in Leg. Liberorum 2. ff. de verbis. signif. & com-
muniter firmant Mantic. de conject. lib. 11. tit. 3. n. 14.
Rodulph. alleg. 22. n. 8. Rot. coram Merlin. dec. 206.
nu. 12. & seq. coram Emerix jun. dec. 902. n. 4. & seq.
coram Benincas. dec. 154. nu. 1. in rec. dec. 609. nu. 7.
part. 19. in Bononien. Fideicommissi de Griffonibus 8.
Maii 1705. §. Profligatis, coram bon. mem. Omanna,
& in Auximana, seu Camerinæ. Fideicommissorum pri-
ma Julii 1709. §. Tamen, coram Reverendissimo Do-
mino Meo Ravennaten. Potentissimè quando agitur
de dispositione, & Donatione occasione Matrimo-
ni, facta per Ascendentem, cuius respectu, juxta
communem opinionem, facilime Nepotes sub no-
mine filiorum continentur, Fusar. de substitut. qu.
320. nu. 54. Rot. coram Benincas. dec. 154. nu. 2. in
rec. dec. 345. num. 1. & seq. part. 16. & in Melevita-
na Fideicommissorum 22. Junii 1714. §. Absoluta, con-
firmat. 8. Aprilis 1715. §. Tertia, coram Emo Cardi-
nali Scotto.

In casu autem, Ludovicam Donatricem, filiorum
vocabulum rigorosè non usurpare, sed in sensu poti-
us comprehensivo ulteriorum graduum, non obs-
curè desumebatur ex eo, quod filios invitaverit cum
additamento, nascituros: cùm enim filiorum nascitu-
rorum vocatio, respicere videatur tempus indeter-
minatum, & futurum; pernecepsè concludere oportet,
quod Donatrix non usurpaverit verbum filios in stricto, & rigoroso sensu, sed in amplio, &
capaci ad comprehensionem Nepotum, & ulterio-
rum Descendentium, Fusar. de substitut. qu. 320.
nu. 23. Rot. coram Caprara dec. 285. nu. 9. in recen-
dec. 285. n. 9. dec. 162. n. 2. & 7. part. 6. & benè con-
cordantibus relatis in Romana, seu Veliterna Fidei-
commisi 5. Junii 1719. §. Quæ si procedunt, coram bo-
mem. Ansaldo. Hocque procedere debet etiamsi de-
signati fuerint filii nascituri ex Matrimonio per Jo-
sephum filium contrahendo; nam talis designatio,
non stat ad restrainingam vocationem ad filios;
sed ad demonstrandam tantummodo originem, à
qua descendere debeat Personæ vocatae, neque
propterea

propterè excludit comprehensionem Nepotum, aliorumque Descendentium, ut objecto respondendo, firmarunt Fusar. de substitut. quæst. 921. nu. 16. & seqq. Rot. coram Cels. dec. 176. num. 22. in Romana, seu Interamnen. Fideicommissi 1. Aprilis 1715. coram R. P. D. Meo Cerro, & in dicta Romana, seu Veterina Fideicommissi 5. Junii 1719. §. Sed omnis, coram bon. mem. Ansaldo, & in Bononiæ. Immissione sexta Julii 1721. §. Auditio etiam, coram Eminentiss. Domino Meo Falconerio.

Validius tamen voluntas Ludovicæ defumebatur, ex quo Donationem explevit pro renovatione ejus familiæ Guzzolinæ, quæ gloriatur habuisse S. Silvestrum fundatorem Monasticæ Congreg. quæ inde dicitur Silvestrina, ut refert Eminentissimus Petra in Comm. ad Conflitut. Apost. tom. 3. Constitut. 5. Inocen. IV. num. 2. & seqq. ideoque illam qualificavit diversis pactis, & conditionibus, inter quas principaliter enumeraverit onus assumendi Cognomen, & Arm. ejusdem, ibi.

Quod primus filius Masculus ex dicto Matrimonio nasciturus, assumere debeat Cognomen, & Insignia Nobilissima Familiæ de Guzzolini, anteponenda illis de Pranzonis, & ita teneatur facere primus filius Masculus descendens ab ipso, vel ab illo, qui Uxorem duxerit, & sic in infinitum perpetuis futuris temporibus.

Si enim indubitanter constat de perpetua iunctione oneris, quæ quo sumque ulteriores Descendentes afficiebat, ibi, & sic in infinitum perpetuis futuris temporibus, utique ex hujusmodi gravamine, quod grave reputatur ex animadversis

per Gulielm. de Benedict. in cap. Rainutius verb. Raynutius de Cler. num. 50. Torr. de Major. Ital. Parte I. cap. 28. num. 70. bene agitur ad vocationem quorundamque Gravatorum, ex regula, quod Testatrix onerare velle non præsumitur, quos non honoravit, de quo Texti. in leg. quod ab eo C. de fideicomm. Bari. in leg. Cerbonio num. 37. versic. Nam ex quo ff. de vulgar. Rocc. disputat. jur. cap. 22. num. 24. & seqq. Rot. coram Cavalier. decif. 454. num. 3. in recen. dec. 476. num. 13. part. 19. & in Romana fideicomm. de Florentiis 26. Febr. 1717. §. Majori, coram Eminentissimo Domino Falconerio, & in puncto vocationis à gravamine assumptionis Cognominis, & Armorum, sine qua præceptum facile eluderetur, trahunt Ludovic. Bell. cons. 52. num. 11. & seqq. & cons. 109. num. 4. & seqq. Cephal. cons. 196. num. 10. & seqq. Ramon. cons. 15. num. 4. Rauden. de Analog. in append. parte I. nu. 78. & seqq. Censal. ad Peregrin. de fideicomm. art. 53. §. Secundo, Dias Peguer. dec. 101. num. 2. & seqq. Thesaur. dec. Pedem. 270. num. 10. Rot. coram Cels. dec. 401. n. 8. & plene in Romana fideicomm. de Avila coram Emerix jun. dec. 1059. nu. 1. & seqq. & dec. 1092. num. 2. & seqq. & I. Martii 1694. §. Indubia, & per tot. & 14. Junii ejusdem anni §. Absque eo quod, & seqq. coram Muto, & 27. Januarii 1696. §. Validas, coram Pio, quod sane facilius procedere debet ad inducendam vocationem Silvestri, qui non indefinitè tantum, sed expressè gravatus fuit, ibi, ita teneatur facere primus filius Masculus descendens ab ipso, vel ab illo, qui Uxorem duxerit, qui aliud esse non poterat, quam Nepos, prout est Silvester, qui idcirco indubitanus filiorum appellatio ne comprehenditur, ex superius firmatis.

Absque eo quod relevet auctoritas Molin. de Primogen. lib. I. cap. 5. num. 34. afferentis, quod ex solo onere delationis Cognominis, non bene inferatur ad vocationem; ille quippe loquitur in casu valde diverso à præsenti: nam questionem

agit pro inducendo Fideicommisso perpetuo, & absoluто ex solo onere injuncto uni tantum Personæ, quod est valde diversum à præsenti hypothesi, in qua ultra conjecturas superius expensas pro duratione Fideicommissi, onus deserendi Cognomen, & Arma per viam pacti, & conditionis adjectum fuit non solum filiis, & Nepotibus, sed etiam Descendentibus in infinitum, in quibus terminis, ex solo onere Cognominis, & fortius juncto cum aliqua etiam levi conjectura, resultare Fideicommissum, tradiderunt distinguendo casum, à casu, Ludovic. Bell. dicto cons. 52. num. 4. & præcisè confutando auctoritatem Molin. Rot. coram Emerix jun. dicta decif. 1092. nu. 9. & duobus seqq.

Quin magis relevet, quod onus assumptionis Cognominis, & Armorum, minimè legatur in Capitulis Matrimonialibus, & in instrumento ratificationis, sed in solo Mandato Procuræ, quod utpote solemnitatibus desitutum, nullam vim obtinere valeat. Objectum enim facillimè diluebatur: Nam cùm Capitula, & Instrumentum ratificationis, celebrata, & stipulata appareant relative ad Mandatum Procuræ, & in illius confirmationem, & executionem, & cum omnibus pactis, & conditionibus in illo contentis, parum obesse videbatur, quod in illis tale onus assumptionis Cognominis non fuerit repetitum, attenta virtute, & efficacia relationis, quæ operatur, ut omnia, & singula in relato contenta, repetita & approbata intelligantur in referente, ex firmatis per Rot. in Forolivien. fideicommissi Antonie de Corbici 2. Martii 1722. §. Si igitur, & 22. Junii ejusdem anni §. Sed & certius, coram bo. mem. Lancetta. Nullitas verò ejusdem Mandati, defumpta ex defectu solemnitatis, cessare vila est ex eo, quod agebatur de actu gesto, contemplatione certi, & determinati Matrimonii, in quo solemnitates minime requirebant pro illius validitate, ad tradita per Rot. coram Emerix junior. decif. 1037. d. nu. I. ad 5. coram Benincas. decif. 293. nu. 5. & sequent. in Eugubina Dotis, & fructuum 17. Junii 1712. §. Sicuti, coram Reverendissimo D. meo Aldrovando, & in confirmatoria 14. Junii 1713. §. Etenim, §. Et summo cum seq. coram Eno D. Card. Scotto.

Probata igitur existentia Primogeniturae, ejusque purificatione ad favorem Silvestri, minus obstat videbantur detractiones, quarum respectu, Creditores sustinere prætentebant executionem, seu relaxationem Mandatorum contra bona Primogenitalia Ludovicæ. Prima enim consistens in medietate Dotis scut. 2000. Polyxenæ Confaloneiæ, quæ pro medietate hæredem scriptit Ludovicæ Guzzolinam filiam, & Joannem Baptistam Pranzonum Generum, ex cuius Persona agunt Creditores contra hæreditatem Ludovicæ, tamquam hæredis Joannis Baptiste Guzzolini præfata Dotis debitoris, parum relevare visa est: Nam ultra quam quod diminuta remanebat ex Legatis, & aliis debitis ejusdem Polixenæ solutis per Authores Silvestri propius urgebat, quod hujusmodi detracatio facienda erat ex bonis liberis Ludovicæ, quæ in summa scut. 1800. adfuisse constat, præter illa, quæ comprehendebantur in Donatione, seu Primogenitura, adversus quam, non nisi in subsidium, & deficitibus bonis liberis, actio hujusmodi per Creditores potest exerceri, Rot. coram Cerro dec. 926. n. 9. Coram Emerix jun. dec. 475. n. 4. in rec. dec. 222. n. 21. part. 18. & in Ferrar. erectionis Collegiat. super detract. 7. Junii 1715. §. Respectu verò, coram Eminentiss. D. meo Falconerio.

Neque magis urgebat, quod ex dicta Primogenitura,

Ad Castillum de Alimentis.

natura, facienda sit altera detractio legitimæ debita Silvestro seniori & Antonio Mariæ filii præfatæ Ludovicæ: Nam cùm isti Donationi per Ludovicam Matrem exaratæ occasione Matrimonii, suum consensum præstiterint, illamque approbaverint, & ratam habuerint pro omni suo Jure & Interesse, etiam ratione legitimæ, ulterius etiam donando quidquid habere possent super bonis Paterinis, & Maternis; Exinde fit, quod ex tali consensu, seu Donatione, omne jus amiserunt pro consecutione Legitimæ super bonis renunciatis, quæ modò etiam impedimenti esse debet Creditoribus, ad hoc, ne ex eorum Persona quidquam petere possint, cùm venire non valeant contra factum, & voluntatem illius, ex cuius Persona legitimæ detractio prætenditur, ex firmatis per Cardin. de Luc. de Dot. discr. 155. num. 21. & sequent. Rot. in Beneventana nullitatis Testamento, super retentione 13. Februarii 1708. §. Non sic, coram Eminentissimo Scotto, in Melevitana fideicommissorum 22. Junii 1714. §. Ulterius, & in confirmatoria 8. Aprilis 1715. §. Exulante, & seqq. cor. eod. Enio Scotto.

Quò verò ad Legitimam prætensam ex persona Josephi, obstat videtur præceptum Ludovicæ Matris, quod scilicet deberet imputare in ejus Legitimam hanc Donationem, quam cùm ipse sub tali pacto acceptaverit, & commodum ab ea percepit per spatum longi temporis, inde fit, ut quidquid sibi ratione Legitimæ competere poterat, cum fructuum primogenitalium emolumento compensatum remansit, ut firmant Peregrin. de fidicommiss. art. 36. num. 89. & 90. Rot. apud Palm. decif. Lucen. tom. 2. decif. 173. num. 13. coram Prioro decif. 239. num. 18. & bene cor. Emer. jun. decif. 1256. num. 8.

Parum relevante, quod renunciationi hujus Legitimæ, obstat præcedens reciproca Donatio, quam fratres inter seipsos exaraverant de omnibus bonis tamen præsentibus, quām futuri, cuius vigore Creditores contendebant Jus ipsiis fuisse quāsumum super bonis donatis. Nam ultra quam quod non probatur Creditorum existentia ante præfata Donationem, semper urget, quod cùm ageretur de actu inter eosdem fratres reciprocō, & ipsos tantum tangente, potuerunt concorditer ab illo recedere, mediante consensu præfrito Maternæ Donationi, Rot. in Romana fideicommissi R. P. D. Pauli de Alvaris 7. Decembri 1714. §. Levioris, & seqq. coram Eminentissimo Scotto, & 14. Junii 1715. §. Maturo, coram bon. mem. Lancetta; Non obstante asserto præjudicio Creditorum: nam præfata Donatione includere non valebat Legitimam, quæ tamquam Jus quārendum, incertum, & eventuale, causam habens de futuro, potuit etiam in præjudicium Creditorum renunciari, ut contraria rejeclis, tradit Bald. in leg. fin. num. 3. Cod. de pæl. bene Hodier. ad Surd. dec. 140. num. 12. cum seq. Mangil. de imput. qu. 4. nu. 17. & seq. Rot. dec. 292. num. 29. cor. Bich.

Demum non facit, quod petente Josepho Donatario admissionem ad successionem in bonis hæreditariis Ludovicæ Matris in Donatione non contentis, Rota demandaverit per Sententias bo. me. Bevilqua, & Emerix, collationem bonorum donatorum, exinde inferendo, quod pro rata collata bona evaserint libera favore Creditorum; Probatum quippe fuit, quod Lis, quæ tunc agebatur, non erat inter omnes fratres dictæ Ludovicæ filios, sed solum inter Josephum, & Ascanium, qui sicuti dictæ Donationi Matris nullum consensum præstiterat, ita ejus Legitimæ Jura in-

tacta præservare potuit, unde tamquam res inter alios acta, nullum irrogare valuit Silvestro præjudicium, cui fuerat Jus quāsumum ex Donatione Ludovicæ, & filiorum, Rot. coram Bich. decif. 559. 19. num. 16. & in Recent. decif. 14. num. 2. part. 18. in modum ut Creditores quocumque Jure destituti super istis bonis, juxta secundi Dubii partem, nullam Mandatorum relaxationem, aut executionem valeant obtinere.

Et ita 5. & 6. ex Dominis Suffragantibus resolutum fuit. Utraque &c.

REVERENDISS. P. D. CRISPO

Archiepiscopo Ravennatæ.

ROMANA ALIMENTORUM.

Veneris 23. Junii 1719.

ARGUMENTUM.

Agitur in hac Decisione de alimentis debitibus filiis legitimatis per rescriptum, scilicet de eorum quantitate, & loco ubi sint præstanta.

SUMMARIUM.

I. Alimenta filiis per rescriptum legitimatis debita majora sunt illis debitis filiis naturalibus, minoria illis filiorum legitimorum & naturalium.

2. Alimentorum materia pendet ab arbitrio Judicis.

3. Necessestas & honestas in assignatione alimenorum debent æqualiter considerari.

4. Alimentorum nomine que veniant.

5. Alimentorum congruitas probatur ab exemplis & num. 6.

7. Limita ubi concurrit diversitas rationis.

8. Pater regulariter filios atere non tenetur extra suam dominum.

9. Limita si gravis interveniat causa.

10. Lis super alimentis cur non dicatur causa sufficiens.

DECISIO XXIII.

ELATA AD ME CAUSA APPELLATIONIS A NICOLAO MARCELLO, & PAULO DE RONDANIS SUPPOSITIS FILIIS NATURALIBUS MARCHIONIS ALEXANDRI RONDANINI PER RESCRITUM TAMEN LEGITIMATIS INTERPOSITÆ ADVERSUS SENTENTIAM LATAM IN TRIBUNALI A. C. PER QUAM DECLARATUM FUIT, DICTUM MARCHIONEM ALEXANDRUM TENERI ILLIS PRÆSTARE ALIMENTA JUXTA NORMAM IN EADEM SENTENTIA EXPRESSAM, PROPOSUI HODIE DOMINIS MEIS DUBIUM, AN ALIMENTA DEBEANTUR, & QUOMODO, & IN QUA SUMMA SINT TAXANDA, QUOD FUIT RESOLUTUM, AFFIRMATIVE, JUNCTA MODUM INFERIUS APERIENDUM, IN OMNIBUS FERÈ CONSENTANEUM SENTENTIA SOLITA CUM PRUDENTIA, & MATURETATE PER R. P. D. A. C. DE GENTILIBUS EDITÆ.

Omissa itaque indagine circa oblationem in genere D. Marchionis Alexandri uti supposito Patri naturali inhærentem, quæ in præsenti Judicio inter partes non revocabatur in controversiam, stricteque redacto Causæ momento ad normam, & summam hujusmodi alimentorum subministrati, Domini præliminariter animadver-

E 4 tebant,